

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Doctiss.& opt.uiro, domino theophilo,gy,masiarchae scholae  
Hamburgensis,amico suo S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Doctiss. & opt. uiro, domino Theophil  
lo, gymnaſiarchæ ſcholæ Ham  
burgensis, amico ſuo

S. D.

Vt in omni officio animaduerti singularē tuam  
eſſe diligentiam, doctiſime & humaniſime Theo-  
phile: ita uideo te in leuibus queſtionibus exquiſi-  
tam habere diligentiam, quæ proſectō à me inter  
principias uirtutes ponitur. eſi ego quidem in hoc  
occupationum & negociorum mari multa facio in  
πιπολαցισθον λαον ἀμελέτθον. Quod uero de  
uerſiculis in poſtrema pagella Locorum commu-  
nium adscriptis, authorem indicari cupis: ſcito eos  
eſſe in Sophoclis Antigone, nimis editionib[us] Hage-  
nauensis. Nam Aldinam editionem, & alteram Ita-  
licam, non inſpexi. Eſt autem Creontis oratio ad fi-  
lium, concionantis de non ſoluenda maiestate im-  
perij, de reuerētia p[re]ſtanda magistratibus, de cō-  
ſeruatione legum & tranquillitatis:  
σώζει τὰς πόλεας σώματαν τειχερχία,  
ὅτας διμωτές εἰσὶ τοῖς λογισμοῖς.

Seruat multas personas obediētia, ideo defendē  
da eſt honestis ciuibus. Hos enim ſæpe uocat Sopho-  
cles λογιſμοὺς: quaſi dicat, eos qui recte gubernan-  
tur, debere fortiter tueri p[re]ſentem ſtatūm di-  
ſciplinæ, harmoniam imperij, legum autoritatem.  
Quia diſſoluta obedientia, ſequatur interitus ciui-  
tatum.

iatum. Estq; d<sup>icitur</sup> tērētia, ut rectē dicis, ab ēmūlō, for  
ma Attici gerūdij, si sic appellare licet: ut λεντέος.  
Sed Attici solent uariare per genera, ut λεντέος  
λέγος, λεντέα ἀλυπηγία. Nec tu ignoras, has  
uoces à tertia persona præteriti paſſiui fieri: λε-  
ντέοι λεντέος, d<sup>icitur</sup> λεντέος. Et uarie p-  
surpatuer uerbum ēmūlō, sed tamen significatio-  
nes sunt uicinæ: defendo, ulciscor, propugno. Me-  
ministi enim usitatisſimum uerſiculum,  
ēs ēiōrōs cōpīos cōuīos d<sup>icitur</sup> wōpī wōrgus.

Est aliud locus ex Platone, de quo ſepe ſum in-  
terrogatus. Itaq; iam in recudēdo uerti plurib. uer-  
bis: οὐδὲ πολὺ μέν αὐτοῖς παράγων. Loquitur e-  
nim de heroicis uiris, ut de Scipione, Auguſto, The-  
mistocole, Alexandro, qui magna felicitate in maxi-  
mis rebus gerendis liberantur periculis, & habent  
miros ſucceffus. Hanc proſperitatē uocat παρά-  
γων. Fiunt enim facile dimicationes duce fortuna-  
to, & exercitiis cum habent duces fortunatos. Et  
hi Republicas in tranquillū ſolent rēſtituere, qua-  
lem uides Auguſtum fuiffe. Et talis eſt Cœſar Caro-  
lus quintus. Quanta enim felicitate, quantas res cō  
fecit, quanta pericula ſuperauit! Talibus uiris cum  
procedunt consilia, dicit eos & ſua & populorum  
παράγων imperare. Cetera in eo loco puto eſſe per  
ſpicua. Sed quid tu iudicas de eo libello? nam tuum  
iudicium profectō facio plurimi. Saluta meis uer-

C z bis

bis Matthæum, quem & uerè & ualde amo. Bene  
& feliciter uale. 28 Martij, 1536.

Egregia doctrina & pietate prædicto D.  
Martino Bucero, doceti Euangeliū in  
Ecclesia urbis Argentinæ, suo ami-  
co præcipuo.

S. D. Post nostrum reditum ex conuentu, con-  
ualiuit iterum Lutherus, satis feliciter. Ego in no-  
nūm periculum incidi. Est apud nos quidam homo  
durus, uālē dux̄os, cui nomen est Cordato. Is me  
crudeliter insectatur, eo quod dixi, Bona operane  
cessaria esse ad salutem. Excitat miras tragedias.

*Lipſſ. v. ſub. II. 475*  
*q. ſtr. apol. Mel. 145.*

Semel homini respondi, satis facetē. Si perget fu-  
re, uidero ubi me abdam, ne mihi perpetuò cum ta-  
libus sycophantis litigandum sit. Satis est discordia  
rum & scandalorum. Utinam nos sanare, nō exul-  
cerare mala publica studeremus. Quis autem san-  
mētis negare potest hanc propositionem: Nouitas  
spiritualis est necessaria ad uitam æternam? Hoc di-  
co, cum dico nouam obedientiam necessariam esse  
ad uitam æternam. Sed omitto diſputationem. Tuas  
literas audiē exspecto, de omnibus rebus uestris, de  
Gallico bello, & nōpi tūs fūwōles. Hunc tabella-  
rium tibi commando: est enim homo probus, & li-  
terarum ac doctrinæ Christianæ admodum studio-  
sus. amplius biennio nobiscum fuit. Ideo mores eius  
nobis